



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt XVI. De alijs servandis circa Neophytos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

1. Cor. 7.

steriorum f. fceptioni vacent; prout idem Apolo-
los Corin. h. j. respondens docet: De quibus autem
scripsisti mihi: Bonum est homini mulierem non tan-
gere; propter fornicationem autem unusquisque suam
uxorem habeat, & unaquaque suum virum habeat.
Uxori vir debitum reddat: similiter autem & uxor vi-
ro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir;
similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed
mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu
ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in
id ipsum; ne tentet vos Satanas propter inconiuentiam
vestram.

Ecc. 25.

Ecc. 40.

Quocirca exhortandi sunt viri ad servandam,
perpetuoque retinendam pacem, & concordiam
cum uxoribus suis, nec tamen indulgeant eorum
vanis desiderijs & voluptatibus, sed latagent, ut
sint pia & modesta in omnibus; ut quietam &
tranquillam vitam in mutua charitate ducant, ac
præcipue Domino placere possint, juxta Sapientem
cum dicit, In tribus placitum est spiritus meo, quia
sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fra-
trum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi
consentientes. Et rursus, Amicus & sodalis in tempore
convenienter, & super utroque mulier cum viro.

1. Cor. 7.

Servos doceat in sua vocatione propter Do-
minum permanere debere dicitur Apolo: Un-
usquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat:
Servus vocatus est non sit tibi cura, sed & si potes
fieri liber, magis utere. Qui enim in Domino vocatus
est servus, liberus est Domini. Similiter qui liber vocatus
est, servus est Christi, pretio empti est: nolite fieri
servi hominum. Unusquisque ergo in quo vocatus est
frater, in hoc permaneat apud DEUM, idcirco. ut ju-
gum servitutis libenter ferant, Dominus carnalibus non
ad oculum servientes, quasi hominibus sed sicut Domi-
no, & ob ejus amorem, qui cum in forma Dei esset, se-
metipsum exinanivit, formam servi accipiens, in simi-
litudinem hominum factus, & habitus in ventris ut ho-
mo: illi in simplicitate cordis obediant, ac subditi sint,
& ex animo eorum iussa faciant, in omnibus placentes,
non contradicentes, non fraudantes

1. Apostol.

ad Philo-
monem

(ubi de
Onesimo
dicit) ut

æternum
illum re-
ciperes,

jam non
ut ser-
vum, sed

pro ser-
vo

charissi-
mum

fratrem

maxime

mihij

quanto

autem

magis ti-
bi & in

carne &

in Do-
mino.

Et
Levit. 19.

& Deut. 5

reddantur, aut cum oportunitas fuerit moneat, ut
servos jam fideles non agere, sed hiliter, ac non
ut servos, sed pro servis charitissimos in Christo
fratres suscipiant, & benignè tractent, ac eis quod
benignum, justum, & æquum est, præstent; curent
que ut Christianè vivant, & eos, qui discoli fue-
rint, ut filios corrigant, & Christianam charitatem
in omnibus erga eos exercent. Etenim ut dicit
Apostolus 1. Cor. 12. In uno spiritu omnes nos in
unum baptizati sumus, sive Judæi, sive Gentiles, sive
servi sive liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus. Et
alibi: Omnes filij Dei estis per fidem in Christo JESU.
Galat. 3. Quicumque enim in Christo baptizati estis,
Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus, non
servus, neque liber, non est masculus neque femina.
Dominicis & festis diebus non permittant il-
los servilibus, & mechanicis operibus vacare, sed
potius juxta divinam legem, & Ecclesiæ præcepta,
eos faciant ab ijs quietare, & abstinere, ad Eccle-
sias accedere, sacris Missarum mysterijs interesse,
magis tibi & in carne & in Domino.
Specialiter tandem dominos doceat, quæ & do-
minis mandat idem Apostolus, postquam com-
mouit servos: Et vos do mini eadem facite illis, remit-
tent es minas, scientes quia illorum & vester Dominus
est in calis; & personarum exceptio non est apud
DEUM. Exiterum: Domini quod justum est, &

æquum servis prestare, scientes quod & vos Dominum
habetis in calo. Et quæ Sapiens monet: Non ladas ser-
vum in veritate operantem, neque mercenarium ducen-
tem animam suam. Si servus sensatus sit tibi dilectus quasi
anima tua: Non defraudes illum libertate, neque in opem
derelinquas illum. Et iterum. Si est tibi servus si-
delis, sit tibi quasi anima tua; quasi fratrem sic eum
tracta, quoniam in sanguine anima comparasti illum.
Tum etiam ad Timotheum: Quicumque sunt sub
jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitren-
tur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui
autem fideles habeat Dominos, non contemnant, quia
fratres sunt, sed magis serviant, quia fideles sunt &
fideles, qui beneficii participes sunt. Hac doce & exhor-
tare. Tum denique ad Titum: Servos (scilicet) horti-
tare Dominis suis subditos esse in omnibus placentes, non
contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem
bonam ostendentes, ut doctrinam salvatoris nostri Dei
errent in omnibus. Et B. Petrus: Servi subditi estote in
omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed
etiam dissolis. Omnes enim vos unum estis in Christo
JESU.

1. Tim. 6.

Tit. 2.

1. Pet. 2.

2. Cor. 11.

Tolet. 1. 2.

29. paragr.

item ut

Episc. om-
nes fua-

das, & c.

ibi & ut

peffessio-
nes eo-
rum, vel

conditio-
nes in

serinis

Ecclesia

condant.

& Conc.

Tri. siff.

24. de re-
form. ma-
trim. cap.

2. paragr.

Parochus

ante 100.

3 Paul.

PP. 19. in

his literis

in forma

brevi de

Judeis &

insid. ven-
ient. ad

fid. inc. 1.

Capien-
tes lu-

daos. Da-
tum Rom.

apud 8.

Petram ab

Annulo

piscator.

die 21.

Mar.

1542

Ponrif. sui

anno 8.

paragr. Et

quoniam

ad ver-
bum de-
sumpto ex

PP. Conc.

Basil. siff.

C A P V T XVI.

De alijs servandis circa Neophytos.

IN Archivo domus Catechumenorum & Neo-
phytorum habeatur 2 & asservetur specialis li-
ber, in quo describantur singulorum, qui in ea re-
cepti, vel catechizati, & instructi, sive majores, sive
minores natu fuerint, baptizati sunt, nomina, cog-
nomina, patria, & Baptismi & Confirmationis
dies, quive eorum in Catechismo, Baptismo, &
Confirmatione fuerint susceptores.

Sed & ipsorum omnium numerus, seu catalo-
gus in eodem libro, vel in alio relineatur.

Ubi vero domus Catechumenorum non ex-
tat, Parochus id faciet in communi libro bap-
tizatorum, & confirmatorum, ac loci Ordinarius
ad futuram Dei memoriam, in actis sue Curia
hæc ipsa adnotari mander.

Et quoniam per gratiam Baptismi cives San-
ctorum & domestici Dei efficiuntur, longèque
dignus existit regenerati spiritu, quam carne nati-
ticide 3 Apostolica autoritate statutum est, ut
Neophyti civitatum & locorum, in quibus sancto
Baptismo pro tempore regenerabuntur, verè ci-
ves fiant, & privilegijs, & libertatibus & immuni-
tatibus, quæ alij ratione natiuitatis, & originis
duntaxat consequuntur, gaudeant. Proinde ea de
re Neophyti ipsi post aliquot Baptismi dies, cer-
tiores fiant, & eorum Præfedi seu Parochi, aut
alij, qui ipsis præstant, curent, ut apud populi ejus
loci magistratus inier cives, sive eorum catalogo
delectantur.

Catechista aut alius Præficus Neophytis sa-
pius ad memoriam reducat; præsertim vero cum
eos de domo Catechumenorum dimittit, 4 spon-
sionem illam, quam ante Baptismum fecerunt, de
abrenunciando Satana, & omnibus operibus ejus,
& omnibus pompis ejus.

Præscriptis porro diebus elapsis, adulti sive
majores Neophyti, qui proprias domos habent,
quibulve ad vite sustentationem suppetat facul-
tas, ad eas liberè redire permittantur, dum ra-
men cum Infidelibus non cohabitent, sed potius
quoad fieri poterit, procul ab eis domos habeant.

Qui

19. in decr. de Judæis & Neop. paragr. Et quoniam.

4 Greg. Naz. orat in Baptisma, & Basil. in ser. 2. de
Baptif. cap. 1.

Tolet. 4.

6. 59 apud

Gratian.

28. q. 1. c.

Iud. filios,

de quo

Iac. Epif.

Pat. in

inst. Cath.

c. 29. de

filij. &

minor.

n. 8.

2. Innoc. 3.

ad Eduin.

Epif. lib. 2.

regist. im-

pro. 1. c.

ad Abb. &

Conven-

tum S.

Maria de

prato de

Leincestre

eo. l. 2. re-

gest. 10. 1.

ac Ioan.

22. in

Exit.

Dignum

arbitran-

tes. 2.

de Iudais

in Exit.

rag. com-

muniibus.

Et PP.

Conc.

Basil. sess.

19. in de-

creto de

Iudais &

Neop. pa-

rag. &

quam

Paulus iij.

in dicitur

lucius in

for. brevis

in c. Cu-

pientes.

58. Greg.

L. 3. regist.

ep. 31. seu

c. 31. ad

Anthem.

Subdiac.

& l. 4.

ejusd. Re-

gesti epif.

seu cap. 5.

ad Cypr.

Diac. Re-

ctorem

patrimo-

nij Sicilia

Facit et-

iam quod

scribit

idem

Greg. l. 7.

ep. seu c. 2.

Qui vero domibus & facultatibus carent, donec artificio, vel alicui operi se addixerint, aut artem aliquam professi fuerint, aut certum vitæ genus elegerint, aut se aliter sustentare valeant, in eadem Catechumenorum domo, vel apud supradictas personas retineantur. Minores autem apud viros vel mulieres boni nominis, & timentes DEUM, vel in aliquo Religioso loco, Collegio, Monasteriove virorum, si mare; Virgines, Sanctimonialium aut puellarum: si feminae fuerint, collocentur, ut sub eorum, vel earum conversatione, & disciplina, Christianæ Religionis cultum addiscant; & tam in fide, quam in moribus instituti, in melius proficere possint. Deligantur præterea aliqui viri probi, & pii, qui ipsis interim Neophytis indigentibus habitationes, artificia, suppellectilem, cæteraque alimenta, ac ad vitam necessaria, juxta eorum statum, & conditionem, vel de redditibus, prædictæ domus, vel de Christi fidelium oblationibus, sive elemosynis studeant procurare.

Verum si neque redditus, neque oblationes, aut elemosynæ satis sint, locorum Ordinarij, tam de fructibus & proventibus Ecclesiarum suarum, quam aliunde eisdem Neophytis, ne victus inopiam patiantur, donec per se ipsos sustentari valeant, providebunt, prout 2. Innocentius III. aliique Patres, & summi Romani Pontifices suis literis mandaverunt.

Quod quidem Sanctus GREGORIUS, 3. Magnus rei Ecclesiasticæ largissimus dispensator, pro præclarissima sua charitate egregie præstitit, ut apparet ex ejus literis scriptis ad Anthemium subdiaconum, Cyprianum Diaconum Rectorem patrimonij Siciliae, & ad Fantinum defensorem Siciliae, ubi & 4. eandem illam sententiam pronuntiavit, quod non esset graviter ferenda diminutio redditus Ecclesiastici, propter conversionem Judæorum ad fidem: Nec hoc, inquit, inutiliter facimus, si pro servandis pensionum oneribus, eos ad Christi gratiam perducamus; quia etsi ipsi minus fideliter veniant; hi tamen, qui de eis nati fuerint, jam fideliter baptizantur. Aut ipsos ergo, aut eorum filios liberamus, & ideo non est grave, quicquid pro Christo dimittimus.

Sed & alij Romani & Pontifices, se præclarum bonorum operum exemplar præbentes erga pauperes, & alios Neophytos, liberaliter & misericorditer hæcenus effecerunt, atque nostris temporibus, tum ex Camera Apostolicæ redditibus, locis montium, & pensionibus Ecclesiasticis eorum inopiam sublevando, tum etiam officijs, militijs, & honoribus illos ornando, præstare consueverunt.

Curent etiam iidem viri pii, ne illi otio, aut ignavia torpescant, sed alicui operi, vel licitæ arti, sive negotiationi se applicent; dum tamen omnino inter Judæos, aut alios infideles proxenarum, aut quamlibet artem exercere non præsumant.

Hos autem, vel domus Catechumenorum, & Neophytorum Præfectos, aliove probatos sacerdotes, & ipsi Neophyti, ut in suis necessitatibus & casibus consulant, monendi sunt; juxta id, quod scriptum est: *Consilium semper à sapiente perquire.* †

ad Phantinum 4. Idem Greg. d. c. 50. ep. ad Cypr. 5. S. Greg. Leo X. Paul. 4. Pius 5. Greg. 13. atque alij, ut postea Clemens 8. † Tolia 4.

Et demum in fine Catechista benedicat eis, & cum Apostolo dicat: *6. Ipse autem DEUS pacem sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vestri, & anima, & corpus sine querela, in adventu Domini nostri JESU Christi servetur.*

CAPVT XVII.

De alijs observationibus circa Neophytorum profectum.

Nec propterea, cum ad propria domicilia dimittuntur, saltem per annum, in omnimoda libertate relinquendi sunt: sed ut Christiane vivant diligens cura habeatur; & ideo à religiosis personis sæpe visitentur, & in fide confirmentur, ac de eorum vita domestici, & vicini eorum percontandi sunt; An ad Ecclesias accedant; An diebus Dominicis & festiuis Missas audiant, & saltem singulis mensibus, si non frequentius, & præcipuis anni festiuitatibus confessionem peccatorum proprio Sacerdoti, vel alteri ab Episcopo approbato eis assignato faciant, & sacram Dominici Corporis communionem percipiant?

Aliquando etiam ad domum Catechumenorum accedant, ut ibi Præfecto domus, aut ipsorum Superiori se præsentent, ut vel ad ionum suarum rationem reddant, vel ab eo documenta salutis accipiant.

Puellæ nubiles, ut honestè nubant elemosynarum subsidio iuventur, & quantum fieri potest, non nisi originarijs, & antiquis Christianis matrimonio jungantur. Si quæ monasterium ingredi voluerint, aut aliter cælibem vitam docere, eis non negetur, sed in laudæo proposito confirmentur, atque si in ipso perseveraverint, in aliquo religioso loco, aut monasterio collocentur.

Decet autem, ut ubi copia Neophytorum est, Monasterium proprium puellarum Neophytarum, ut in urbe erigatur; quarum cura penes moniales originarias, & antiquas Christianas sit; & ex ipsis puellis, cum ad ætatem nubilem venerint, quæ cælibem esse noluerint, nubant; alæ vero ibidem maneant, cum alijs puellis separatim viventibus.

Similiter & ex Neophytis viris, qui voluerint, vel ducere uxorem, vel aliquam ingredi Religionem, non desit ei piorum hominum consilium & auxilium, ut quod salutem animæ, tum corporis magis conducit, id faciat, & exequi valeat. Et omnia qui præsentent curent, ut is, si commodè fieri potest, originariam, & antiquam potius Christianam mulierem, quam Neophytam accipiat in uxorem.

Quod quidem & in alijs omnibus Neophytis utriusque sexus generaliter, quoad fieri poterit, curandum: Nam cum, 7. experientia teste, comperit fuerit, mutuum Neophytorum inter se conversationem ipsos in fide Christiana fragiliores reddere, ac salutem eorum plurimum officere, auctoritate Apostolica decretum est, ut locorum Ordinarij quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & studeant Neophytos ipsos cum originarijs Christianis matrimonio copulare.

Com. 17.